

Jugiter operibus eniteseat. Ab idolorum etiam cultu, seu fauorum auguriorumque illecebris se diligenter abstineat, et ita in amore Redemptoris sui immutata devotione persistens invigilet, ut ad dilatandam Christianam fidem incessabiliter non desistat operam commodare.

Cumque de gloriose conjugi vestro paterna charitas sollicite perquisisset, cognovimus quod eatenus abominandis idolis serviens ad suscipiendam vocem prædicatorum suam distulerit obedientiam exhibere. Quia ex re non modica nobis amaritudo congesta est, ab eo quod pars corporis vestri ab agnitione summae et individua Trinitatis remansit extranea. Unde paternis officiis vestrae gloriose Christianitatis nostram communionem non distulimus conferre, adhortantes quatenus divinae inspirationis imbuta subsidiis importune et opportune agendum non differas, ut et ipse Salvatoris nostri Domini Iesu Christi cooperatorate potentia Christianorum numero copulatur, ut perinde intemerato societatis fædere jura tecnicas maritalis consortii. Scriptum namque est : *Erunt duo in carne una* (*Matth. xix.*). Quomodo namque unitas vobis conjunctionis inesse dici poterit, si a vestrae fidei splendoris interpositis detestabilis erroris tenebris remanserit ille alienus ? Unde orationi continuo insistens, a longanimitate coelestis clementiae illuminationis illius beneficia impetrare non desinas. Ut videlicet quos copulatio carnalis affectus unum quodammodo corpus exhibuisse monstratur, hos quoque unitas fidei, etiam post hujus vite transitum, in perpetua societate conservet. Insiste ergo, gloriose fia, et summis conatus duriam cordis ipsius religiosa divinorum præceptorum insinuatione mol-

A lire summopere dematura, infundens sensuum quantum sit præclarum quod credendo suscepimus, quantumve sit admirabile quod premium consequi meruisti. Frigiditatem cordis sancti Spiritus annuntiatione succende, qua amoto torpore perniciossimi cultus, divina calore jus intelligentiam tuarum exhortationum quantitate succendat ; ut perfecto [profecto] Scripturæ testimonium per te expletum indubio præclareat : *Salvabitur vir infidelis per mulierem* (*I Cor. vii.*). Ad hoc enim misericordiam nimæ pietatis consecuta es, ut fructum fidei et ruinque tibi beneficiorum Redemptori tuo multique resignares. Quod equidem, suffragante præsidio dignitatis ipsius, ut explere valeas, assiduis necessariis precibus postulare. His ergo præpaterno vobis dilectionis exhibentes officia, mors ut nos (reperta portitoris occasione) de hunc per vos superna potentia mirabiliter in convenienciae vestra submissaque vobis gentilis defuerit operari, prosperis quantocius multis letis ; quatenus sollicitudo nostra, quæ de vestrumque omnium animæ salute optabiliter deranter exspectat, vobis nuntiantibus rebus illustrationemque divinae propitiationis in vobis sam opulentius agnoscentes, hilari confessione tori omnium honorum Deo et beato Petro aporum principi uberes merito gratias exsolvalimur.

Præterea benedictionem protectoris vestri Petri apostolorum principis vobis direximus, speculum argenteum, et pectinem ciburneum tum, quod petimus ut eo benignitatis animo vestra suscipiat quo a nobis noscitur destinatus.

APPENDIX.

EPISTOLA AD JUSTUM ARCHIEPISCOPUM CANTUARIENSEM.

Dilectissimo fratri Justo, Bonifacius episcopus servus servorum Dei.

Susceptis vestrae dilectionis apicibus^a, in quibus reperimus, inter alia, plurimos ex gentilitate ibidem degentium, Deo omnipotenti et Domino nostro Iesu Christo auxiliante conversos, maxime autem in partibus Cantii ad veri Dei nostri fidem vestris laboribus esse perductos, valde gratulati sumus. Eadaldi quoque regis animum ad veræ agnitionis viam esse correctum, Dominum omnipotentem in id laudavimus, qui sui dominis sacramentum vestrique laboris fructum non deseruit, sicut ipse prædicatoribus Evangelii veraciter repromisit : *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*. Multa est clemencia apud Deum, quæ multa est in nobis demonstrata, cum aperiantur corda barbararum gentium ad suscipiendum prædicationis vestrae singulare mysterium. Ut enim proficerent vestris meritis, eorum est salvatio propinata, Domino dicente : *Qui perseveraverit usque in finem, hic salva erit*; et alibi : *Consummati operis vestis merces a retributore omnium honorum Domino tribueretur*. Cognovi siquidem in vestris syllabis ut sanctæ recordationis prædecessor noster Gregorius constituit Augustino et omnibus successoribus suis, in posterum metropolitanam et primitivam sedem in civitate Dorobernia, ubi caput totius gentis

Anglorum a diebus paganorum habetur. A nunc per revelationem Jesu Christi, qui est omnis caput totius Christianitatis, eadem civitas ex auctoritate et orthodoxya fides, quæ est radix nobilissima, collatur, ut ex illa segete uberrimum fructus operis ad pabulum coelestis patricie omnipotenti metiri queant. O quam felix illa civitas quæ in se Christum habitatorem habere, expulsis hostiis insidiis ! Felix illa civitas, felix et tota cum illa superna misericordia visitare non dedicit, quos ante iuncti creationem prædestinavit sibi sociare ! Quare absit ab omni Christiano illa civitate Dorobernia aliquid minuantur aut immutetur nunc, vel in futuris temporibus, quæ a decessore nostro domino papa Gregorio statuta quoquo modo res humanae quassentur. Sed mihi auctoritate beati Petri apostolorum principis id præcipientes firmamus, ut in Dorobernia et semper in posterum metropolitanus totius Britannie habeatur, omnesque provinciae regni Anglie præfati loci metropolitanæ ecclesiæ subjiciantur mutilata perpetuaque stabilitate decernimus. autem ecclesiam, utpote specialiter consistentem potestate et tutione sanctæ Romanae Ecclesie quis conatus fuerit immovere, eique de copotestatis jure quidquam abstulerit, aufera Deus de libro vite, sciatque se sub anathemate cuius esse notatum. Deus te incolumem cum reverentissime fratre.

^a Mansi, Suppl. tom. I, pag. 470, ex Wilkins, tom. I, pag. 52.